

**INDEX DECRETORUM
INTER MENSES Ianuarium et Aprilem A.D. MMXXIV PROMULGATORUM**

8 ianuarii, Prot. N. 1/24, BIELSCENSIS-ŻYVIECENSIS: perlibenter concedimus ut gratiosa imago beatæ Mariæ Virginis Reginæ Sacratissimi Rosarii, quæ in oppido v.d. *Andrychów* pie colitur, nomine et auctoritate ipsius Summi Pontificis pretioso diademate redimiri possit.

9 ianuarii, Prot. N. 130/23, CARTHAGINENSIS IN HISPANIA: textum Proprii Missarum et Liturgiæ Horarum eiusdem diœcesis lingua *hispanica* exaratum perlibenter probamus.

10 ianuarii, Prot. N. 2/23, BRASILIÆ: textum translationis in linguam *lusitanam ad usum Brasiliæ* partis Pontificalis Romani cui titulus est *De Institutione Catechistarum*, legitimis aptationibus recognitis, perlibenter probamus et confirmamus.

10 ianuarii, Prot. N. 457/23, CALARITANÆ: Calendarium proprium eiusdem Archidiœcesis, necnon textum Proprii Missarum et Liturgiæ Horarum lingua *italica* exaratum perlibenter probamus.

11 ianuarii, Prot. N. 9/24, ANTIPOLENSIS: ecclesia parœcialis in oppido v.d. *Taytay*, Deo in honorem sancti Ioannis Baptistæ dicata, titulo ac dignitate Basilicæ Minoris perlibenter exornatur.

15 ianuarii, Prot. N. 735/23, BILOXIENSIS: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali Deo in honorem beatæ Mariæ Virginis de Sinu maritimo dicata, in oppido v.d. *Bay St. Louis*, perlibenter *ad biennium* concedimus.

24 ianuarii, Prot. N. 18/24, ANTIPOLENSIS: perlibenter concedimus ut gratiosa imago beatæ Mariæ Virginis de Fatima, quæ in urbe v.d. *Marikina* pie colitur, nomine et auctoritate ipsius Summi Pontificis pretioso diademate redimiri possit.

25 ianuarii, Prot. N. 434/23, MELBURNENSIS: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali Deo in honorem sancti Michaelis, archangeli, dicata, in oppido v.d. *North Melbourne*, et in ecclesia paroeciali Deo in honorem sancti Philippi, apostoli, dicata, in oppido v.d. *Blackburn North*, perlibenter *ad biennium* concedimus.

25 ianuarii, Prot. N. 477/23, REGIONIS ECCLESIASTICÆ TUSCIÆ IN ITALIA: Calendarium proprium et textum Proprii Missarum pro regione ecclesiastica Tusciæ lingua *latina* exaratum, atque utriusque translationem in linguam *italicam* perlibenter probamus et confirmamus.

31 ianuarii, Prot. N. 29/24, KIOVIENSIS-ZYTOMERIENSIS: concedimus *ad quinquennium* ut Ordinarius loci celebrationem quattuor Missarum diebus dominicis ac festis de præcepto, necnon tres diebus ferialibus, permittere valeat presbyteris in sua diœcesi commorantibus.

1 februarii, Prot. N. 95/18, CONGREGATIONIS SORORUM SERVARUM MARÍÆ INFIRMIS MINISTRANTIUM: textum translationis in linguam *lusitanam* Proprii Missarum et Lectionarii, perlibenter confirmamus.

2 februarii, Prot. N. 47/23, SURRENTINÆ-STABIENSIS: Calendarium proprium eiusdem Archidiœcesis perlibenter probamus.

2 februarii, Prot. N. 46/24, CONGREGATIONIS SORORUM v.d. «SIERVAS GUADALUPANAS DE CRISTO SACERDOTE»: Calendarium proprium eiusdem Congregationis perlibenter probamus.

2 februarii, Prot. N. 51/24, CONGREGATIONIS SORORUM v.d. «SIERVAS GUADALUPANAS DE CRISTO SACERDOTE»: Beata Maria Virgo de Guadalupe Patrona apud Deum Congregationis Sororum v.d. «Siervas Guadalupanas de Cristo Sacerdote» confirmatur.

12 februarii, Prot. N. 688/23, ORDINIS CANONICORUM REGULARIUM SANCTÆ CRUCIS: textum Proprii Missarum et Liturgiae Horarum eiusdem Ordinis lingua *latina* exaratum, atque eius translationem in linguam *lusitanam* perlibenter probamus et confirmamus.

14 februarii, Prot. N. 234/22, CIVITATUM FœDERATARUM AMERICÆ SEPTENTRIONALIS: textum translationis in linguam *anglicam* partis Ritualis Romani cui titulus est *Ordo initiationis christianaæ adultorum*, legitimis aptationibus recognitis, perlibenter probamus et confirmamus.

14 februarii, Prot. N. 235/22, CIVITATUM FœDERATARUM AMERICÆ SEPTENTRIONALIS: textum translationis in linguam *hispanicam* partis Ritualis Romani cui titulus est *Ordo initiationis christianaæ adultorum*, legitimis aptationibus recognitis, perlibenter probamus et confirmamus.

22 februarii, Prot. N. 76/24, CONGREGATIONIS SUBLACENSIS CASINENSIS ORDINIS SANCTI BENEDICTI PROVINCIÆ ITALICÆ: textum Ritualis Monastici ad usum eiusdem Congregationis lingua *italica* exaratum, legitimis aptationibus recognitis, perlibenter probamus.

22 februarii, Prot. N. 90/24, BRACARENSIS: Calendarium proprium eiusdem Congregationis perlibenter probamus.

26 februarii, Prot. N. 82/24, UCRAINÆ LATINORUM: textum translationis in linguam *ucrainam* partis Lectionarii Missæ, editionis typicæ alterius, cui titulus est *Proprium de Sanctis* perlibenter confirmamus.

26 februarii, Prot. N. 86/23, BONONIENSIS: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali Deo in honorem sancti Proculi dicata, in urbe Bononiensi, perlibenter *ad biennium* concedimus.

27 februarii, Prot. N. 605/23, PASTOPOLITANÆ: ecclesia parœcialis in oppido v.d. *La Union*, Deo in honorem beatae Mariæ Virginis a Rosario dicata, titulo ac dignitate Basilicæ Minoris omnibus cum iuribus atque liturgicis concessionibus rite competentibus perlibenter exornatur.

28 februarii, Prot. N. 663/22, VIIAYAPURAMENSIS: ecclesia in oppido v.d. *Munnar*, Deo in honorem Montis Carmeli dicata, titulo ac dignitate Basilicæ Minoris omnibus cum iuribus atque liturgicis concessionibus rite competentibus perlibenter exornatur.

29 februarii, Prot. N. 7/23, PREMISLIENSIS LATINORUM: concedimus ut celebratio Beatorum Iosephi et Victoriæ Ulma, coniugum, filiorumque eorum, martyrum, in Calendarium proprium eiusdem Archidiœcesis inseri valeat, die 7 mensis iulii gradu *memoria ad libitum* quotannis peragenda.

4 martii, Prot. N. 672/23, APUCARANENSIS: Beata Maria Virgo de Lourdes Patrona apud Deum diœcesis Apucaranensis confirmatur.

4 martii, Prot. N. 705/23, PETERBOROUGHENSIS: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali Deo in honorem sacratissimi Cordis Iesu dicata, in urbe Peterboroughensi; in ecclesia parœciali Deo in honorem beatæ Mariæ Virginis de monte Carmelo dicata, in oppido v.d. *Hastings*; in ecclesia parœciali Deo in honorem Purificationis beatæ Mariæ Virginis dicata, in oppido v.d. *Lindsay*, et in ecclesia parœciali Deo in honorem sanctæ Familia dicata, in oppido v.d. *Britt*, perlibenter *ad biennium* concedimus.

4 martii, Prot. N. 124/24, ORDINIS CLERICORUM REGULARIUM PAUPERUM MATRIS DEI SCHOLARUM PIARUM: Beata Maria Virgo, Mater Dei Scholarum Piarum, Patrona principalis apud Deum, et sancti Joachim et Anna, Parentes beatæ Mariæ Virginis, Patroni secundarii apud Deum Ordinis Clericorum Regularium Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum confirmantur.

5 martii, Prot. N. 19/18, CONGREGATIONIS SORORUM ANCILLARUM IESU IN EUCHARISTIA: Calendarium proprium eiusdem Congregationis perlibenter probamus.

6 martii, Prot. N. 409/23, INSTITUTI SORORUM MAGISTRARUM A SANCTA DOROTHEA FILIARUM A SACRIS CORDIBUS: Calendarium proprium eiusdem Instituti, necnon textum Proprii Missarum et Liturgiæ Horarum, lingua *italica* exaratum, perlibenter probamus.

11 martii, Prot. N. 426/23, GRÆCENSIS-SECCOVIENSIS: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali Deo in honorem sanctæ Margaritæ dicata, in oppido v.d. *Bad Waltersdorf*, perlibenter *ad biennium* concedimus.

11 martii, Prot. N. 142/24, VESTPHALENIANÆ: Calendarium proprium eiusdem diœcesi perlibenter probamus.

12 martii, Prot. N. 448/21, RIVI QUARTI IMMACULATÆ CONCEPTIONIS: sanctuarium in oppido v.d. *Sampacho*, Deo in honorem beatæ Mariæ Virginis Consolatrix dicatum, titulo ac dignitate Basilicæ Minoris omnibus cum iuribus atque liturgicis concessionibus rite competentibus perlibenter exornatur.

12 martii, Prot. N. 723/22, ARGENTINÆ: textum novæ translationis in linguam *hispanicam* partis Ritualis Romani cui titulus est *Ordo Unctionis Infirmorum eorumque pastoralis curæ* perlibenter confirmamus.

12 martii, Prot. N. 725/22, ARGENTINÆ: textum novæ translationis in linguam *hispanicam* partis Ritualis Romani cui titulus est *Ordo initiationis christianæ adulorum* perlibenter confirmamus.

19 martii, Prot. N. 734/23, URITANÆ: Calendarium proprium eiusdem diœcesis perlibenter probamus.

5 aprilis, Prot. N. 140/24, PATNENSIS: sanctuarium in oppido v.d. *Mokama*, Deo in honorem beatæ Mariæ Virginis a Divina Gratia dicatum, titulo ac dignitate Basilicæ Minoris omnibus cum iuribus atque liturgicis concessionibus rite competentibus perlibenter exornatur.

5 aprilis, Prot. N. 157/24, PREMISLIENSIS LATINORUM: Beati Iospeh et Victoria Ulma, coniuges, filiique eorum, martyres, Patroni apud Deum palatinatus v.d. *Podkarpackie* confirmantur.

11 aprilis, Prot. N. 378/23, HALIFAXIENSIS-YARMUTHENSIS: Beata Maria Virgo Immaculata Patrona apud Deum eiusdem Archidiœcesis confirmatur.

12 aprilis, Prot. N. 611/23, SANTOSENSIS: Beata Maria Virgo a Rosario Patrona apud Deum eiusdem diœcesis confirmatur.

16 aprilis, Prot. N. 347/23, RAGUSIENSIS: Sanctus Ioannes Baptista Patronus principalis apud Deum diœcesis et oppidi Ragusiensis, et Sanctus Georgius, martyr, Patronus æque principalis apud Deum eiusdem oppidi confirmantur.

16 aprilis, Prot. N. 481/23, BENEVENTANÆ: Sanctus Georgius, martyr, Patronus apud Deum oppidi v.d. *Colle Sannita* confirmatur.

16 aprilis, Prot. N. 21/24, URUGUAIÆ: concedimus ut celebratio beati Hyacinthi Vera, episcopi, in Calendarium proprium Uruguaiæ inseri valeat, die 6 mensis maii, gradu *memoriae ad libitum* quotannis peragenda.

16 aprilis, Prot. N. 172/24, FLORENTINÆ: Calendarium proprium eiusdem Archidioecesis perlibenter probamus.

16 aprilis, Prot. N. 213/24, SORANÆ-CASSINENSIS-AQUINATENSIS-PONTISCURVI: Beata Maria Virgo Regina sub titulo v.d. *di Canneto* Patrona apud Deum eiusdem diœcesis confirmatur.

17 aprilis, Prot. N. 427/22, CRICIUMENSIS: sanctuarium in oppido v.d. *Içara*, Deo in honorem Sacratissimi Cordis Iesu dicatum, titulo ac dignitate Basilicæ Minoris omnibus cum iuribus atque liturgicis concessionibus rite competentibus perlibenter exornatur.

17 aprilis, Prot. N. 712/23, CONGREGATIONIS SACERDOTUM A SACRO CORDE IESU: Calendarium proprium eiusdem Congregationis perlibenter probamus.

17 aprilis, Prot. N. 153/24, SPALATENSIS-MACARSCENSIS: ecclesia parœcialis in oppido v.d. *Sinj*, Deo in honorem Assumptionis beatæ Mariæ Virginis dicata, titulo ac dignitate Basilicæ Minoris omnibus cum iuribus atque liturgicis concessionibus rite competentibus perlibenter exornatur.

18 aprilis, Prot. N. 143/24, VESTPHALENIANÆ: textum Proprii Missarum et Lectionarii necnon Liturgiæ Horarum eiusdem diœcesis lingua *lusitana* exaratum perlibenter probamus.

19 aprilis, Prot. N. 582/22, TELLICHERRIENSIS: ecclesia parœcialis in oppido v.d. *Chemperi*, Deo in honorem beatæ Mariæ Virginis de Lourdes dicata, titulo ac dignitate Basilicæ Minoris omnibus cum iuribus atque liturgicis concessionibus rite competentibus perlibenter exornatur.

22 aprilis, Prot. N. 721/23, SCODRENSIS-PULATENSIS: sanctuarium in urbe Scodrensi, Deo in honorem beatæ Mariæ Virginis Matris Boni Consilii dicatum, titulo ac dignitate Basilicæ Minoris omnibus cum iuribus atque liturgicis concessionibus rite competentibus perlibenter exornatur.

22 aprilis, Prot. N. 217/24, MANIZALENSIS: concedimus *ad quinquennium* ut Ordinarius loci celebrationem quattuor Missarum diebus dominicis ac festis de præcepto, necnon tres diebus ferialibus, permittere valeat presbyteris in sua diœcesi commorantibus.

25 aprilis, Prot. N. 569/21, DACOROMANIÆ: textum translationis in linguam *dacoromanam* Martyrologii Romani, editionis typicæ alterius, legitimis aptationibus recognitis, perlibenter probamus et confirmamus.

25 aprilis, Prot. N. 55/24, CIVITATUM FœDERATARUM AMERICÆ SEPTENTRIONALIS: textum translationis in linguam *anglicam* partis Ritualis Romani cui titulus est *Ordo Professionis Religiosæ* perlibenter confirmamus.

29 aprilis, Prot. N. 219/24, FERDINANDOPOLITANÆ AB UNIONE: perlibenter concedimus ut gratiosum simulacrum beatæ Mariæ Virginis a Caritate, quod in oppido v.d. *Agoo* pie colitur, nomine et auctoritate ipsius Summi Pontificis pretioso diademate redimiri possit.